



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 31. Legatorum rationes pro absolvenda Synodo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. XXXI.

*Legatorum rationes pro absolvenda Synodo.*

Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

*Pallav. n. 7.*

Cum Legati tam Synodi continuatio-  
nem, quam illius dissolutionem im-  
pugnassent, demonstratum ibant, quod  
optimum esset, absolvi Synodum, tam  
ad fidelium utilitatem, quam ad Eccle-  
siæ dignitatem: ast dubitabatur, an non  
obstituri essent Cæsar, & Gallix, atque  
Hispaniæ Reges: cum tamen Synodi  
absolutionem expeterent Lusitanix Rex,  
Italix Principes, & præcipue Veneti  
& insuper cum Synodi diurnitatem  
Galli ex se haberent, nequaquam extra  
spem esse Concilii absolutionem existi-  
mabant Legati.

§. XXXII.

*Legatorum sententia de suspendendo Concilio.*

His denique addebant, se credere,  
quod Synodum interrumpere facil-  
limum foret, ac huic suspensioni aquie-  
turi essent omnes Principes a bello a-  
lieni, & hoc pacto non damnarentur so-  
lemniter hæreticorum errores, ac pro-  
in ita neque hi ad ultionem irrita-  
rentur, neque illi compellerentur ad  
arma capeffenda, qui convocatam ad  
suas petitiones Synodum, ac Religio-  
nem